

Stigijis demonis naturalis deliquio (à Medicis Lipothymia) syncope, aut epilepsia quasi corpore mortuo (ut dicitur de Subtili Doctore, & Imperatore Zenone) & remissio symptomate, explicita in corpore non extincta, sed oppressa vitalitas. De his plura apud Delr. Disquisit. Magic. lib. 2. quæst. 27. & Paul. Zachiam, Tom. 1. Medico-leg. q. 11. tul. 4. q. 11.

5 Hæretici Chiliaste, seu Millenarij duplicem carnis resurrectionem assignant, primam quam orthodoxi fatentur, post quam Christi regnum; sed nequaquam præter illi delirant: ita ut per mille annos multitudini infinite hominum, illo ævo notorum, dominentur uti præfides, qui ex inferno suscitati exierunt in prima resurrectione, cum diabolo è vinculis soluto: ac cum completi fuerint illi mille anni, renovabitur mundus à Deo, & cælum contoplicabitur, terra mutabitur, & transformabit Deus homines in similitudinem Angelorum, & erunt candidi sicut nix, & versabuntur semper in conspectu Omnipotentis, post iudicium terribilius primo, ac iteratam resurrectionem carnis, iustis in æternum ad cælum assumptis, & improbis cum diabolo flammæ æternæ mauciparis. Verus error abeat. Ex professo resurabimus, Tom. seq. T. 9. à num. 36.

6 Resurrectionem fatentur Pythagorici, quæ nequaquam resurrectio est, cum signetur tantum animarum ex hoc corpus in illud iuxta conditionem morum, quæis stadium, vivente anima in primo corpore.

Seminarium Chiliastrum de duplici resurrectione fliere.

Ovid.

Morte carent anime, semperque priore relicta Seda, novis domibus vivunt, habitantque recepta.

Transmigratione Pythagorice.

Ut idem apud Ovid. 15. Metam. fab. 3. somniat. Nancell. quò dudum lib. 7. p. 2. Nosque Metempsychosen impugnavimus, Tom. 1. T. 4. n. 44. & Tom. 5. T. 5. a. n. 2. Plato sæpe errorem prompsit, quem Virgilius Æneidi in delectamen inseruit.

Virgili.

O Pater! Anne aliquas ad cælum hinc ire putandum est Sublimes animas, iterumque ad tarda reverti Corpora? Quæ lucis miseris tam dira cupido? Has omnes, ubi mille rotam volvere per annos Lethæum ad fluviâ, Deus evocat agmine magno: Scilicet immemores supera ut convexa revolvant Rursus & incipiant in corpora velle reverti.

Quod dicatur anima resurrectio restitui.

Ita lib. 6. à v. 719. Nunc: non est resurrectio, quia in alia corpora; & animæ solius nequit esse resurrectio, quia immortalis: igitur vera resurrectio ex eadem sur gentis forma & materia. Metaphoricè dicitur solius animæ resurrectio. Quo sensu Paulus peccatori dicit: Ephes. 5. 14. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Surgit homo de morte peccati ad vitam gratiæ, quæ resurrectio vera non est: tum quia non reparatur eodem numero gratiæ, quæ desijt per crimen: cum quia idem homo simpliciter permanet, & tantum secundum accidentia mutatur, & dicitur surgere, quia in meliorem statum restituitur. Hinc Christus (ait Augustin. d. 20. cap. 6. dicit: Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint vivent. Nondum de secunda resurrectione loquitur, quæ in fine futura est, sed de prima, quæ nunc est: hanc quippe ut distingueret, ait: Venit hora & nunc est. Graphicè de Tempore. serm. 128. Resurrectio sine morte. Fides olim, quæ vita (quoniam qui credit, vivet) deposita inter ludæos. Extincta fuit obduratione ac cecitate cordium: subditque Doctor Gentium, Rom. 11. 15. Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi (id est, Gentilium) quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? Claret ergo quo sensu animarum dicatur resurrectio.

August.

Theophr. Universalis resurrectio à nonnullis Ethniciis creata.

7 Resurrectionem corporum multi Ethnicorum astruunt. Theopompus 8. Phlippicor. dicit, reviviscos homines iuxta Magorum sententiam, immortalisque futuros. Idem Diogen. Laërt. in Proem. de Vit. Philosoph. Plato, in Phædone, & lib. 10. de Reipubl. Aristoteles, obscuritate qua solet, 2. de ortu & interit. cap. ult. Chrylipp. Stoic. Dialog. 1. infit: Ad opus pietatis servatur corpus fragile: non frustrâ speramus è terra in lucem regredi. Credidit Democritus, quem ridet Plin. lib. 7. cap. 55. Quæ deinde sedes (ait) quantævis multitudo animarum, velut umbrarum: Euerilium ista velut deliramentorum, avidæque nunquam desinare mortalitatis commenta sunt. Similis & de asserendis corporibus ac reviviscendi promissa Democrito vanitas, qui non revocet ipse. Quæ ista dementia est, iterari vitam morte? Milla facienda quæ de multis in vitam revocatis finxerit Poëtæ. uti de Hippolyto Virgil. 7. Æneid. à v. 765. Ovid. d. fab. 45. de Alcesti, Claudian. de Bell. Getic. à v. 438. & Euripid. in Alcest. de Glauco, Palephar.

Plin.

cap. 27. ac de alijs Plin. lib. 7. cap. 52. Celsus lib. 2. cap. 6. & Reyes-Franco in Elysi. quæst. 79. Valer. Flaccus, lib. 3. Argonaut. v. 301. haud sub fabula, accinit: Pater illis ianua lethi

Atque iterum remeare licet.

Valer. Flac.

8 In Phœnice nonnulli pro eventu sanè futuro obumbrant huiusmodi mysterium. Unde Tertullian. de Resurrectione. Carnis, cap. 13. Multis passerbis artifiare nos Dominus pronunciat: si non & phœnicibus, nihil magnum. Sed homines semel interibunt, avibus Arabia de resurrectione securis: Idem videris apud Pinicell. Mund. Symbol. lib. 4. n. 56. Pier. Valer. lib. 20. à cap. 1. Alapid. in Malaeh. 4. 2. ubi dicit Solem esse phœnicem. Sedul. lib. 4. à. 288. Clement. Rom. 5. Constitution. cap. 8. Hoc enim symbolo (uti videlicet apud Hemelcar. in Numism. Tab. 55.) capite radiatio orbe stellato sedente phœnice, resurrectio aluitur, quasi super sidera in immortalitate futura mortalitas. Causin. lib. 6. Parab. 37. Barliathi voluerit resurrectionem confert, quæ ex carie abictis plumescit in avem: lib. 8. cap. 11. Alphora vermi, converso in piscem, qui erosa carne reviviscit: tanque illi accedit longæ vitæ, cum antea brevissimæ esset vitæ. Totum arbitror symbolicum, vel fictum in argumentum. Bornitius Emblem. 49. obumbrat arcanum in hydrargio, sive argento vivo: quod quidem in pristinum statum revertitur, etsi in atomos plurescere videatur. Addit in comprobationem vitæ, & accinit:

Tertul.

Symbola resurrectionis.

Ex cinere illustre est vitrum, vi flantis & ignis: Corpora quidam olim splendida nostra forent:

Bornit.

Aptius Levin. Lemnius, 1. de Miracul. nat. cap. 14. in perpolitio speculo, ac eclipse luminariæ, sicuti in homine moribundum revaldecente: Ut enim artifex opus fuisse confectum atque imminutum ex eadem materia restaurat, formamque induit præstantiorem ita Deus corpus in terram resolutum, suo tempore revocabit in vitam, eadem quidem qua fuit specie; sed omni labe, omnique terrenæ concretione sublata. Dracont. de Oper. sex. diæ. à v. 378.

Levin, Lem.

Mortua pars hominis, quoties pars una iacebat Funera viva gerens vivax in morte cadaver, Ac sine morte tamen vitali morte perempta Et redviva salus reduci per membra vapore.

Dracont.

9 Minus est aliquid ex aliquo facere, quam omnia ex nihilo fecisse. Ipsa nobis elementa, ipsa rerum species resurrectionis imaginem prædicant. Sol enim quotidie nostris oculis moritur, quotidie resurgit. Stella matutinis boris nobis occidit, & vesperi resurgunt. Arbuta æstivis temporibus plena folijs & frugibus videmus, quæ hyemali tempore nuda floribus, folijs ac fructibus & quasi arida remanent; sed vernali Sole redeunte, cum à radice humor surrexerit, suo iterum decore vestiuntur. Cur ergo de hominibus diffidat, quod fieri in lignis videtur? Sed sæpe in pulverem putrescentes carnes aspiciunt & dicunt: Unde ossa & medulla? Unde caro & capilli poterunt in resurrectione reparari? Hac itaque requirentes, parva semina ingentium arborum videant: atque si possunt dicant, ubi in eis latet tanta moles roboris, tanta diversitas ramorum, tanta multitudò & foliorum viriditas, tanta species florum, tanta ubertas, sapor atque odor fructuum. Numquidnam semina arborum odorem vel saporem habent, quem ipsa post arbores in suis fructibus proferunt? Si ergo ex semine arborum, quod videri non potest, produci potest; cur de pulvere carnis humana diffidat, quia ex eo reparari forma valet, quæ non videtur? Sæpe autem obijcere inanem quasiunculam solent, quæ dicunt: carnem hominis lupus comedit, lupum leo, leo moriens ad pulverem redit: cum pulvis ille suscitatur, quomodo caro hominis à lupi & leonis carne dividitur? Quibus quid respondere aliud debemus, nisi prius cogitent, qualiter in hoc mundo venerint, & tunc invenient qualiter resurgant. Dic rogo, si nobis qualiter ille humor seminis in ossibus duruit, qualiter in medullis liquidus remansit, qualiter in nervis solidatus est, qualiter in carne crevit, qualiter in cute extensus est, qualiter in capillis atque unguibus distinctus, ita ut capilli molliores carnibus & ungues essent teneriores ossibus, carnibus duriores. Si igitur tot & tanta ex uno semine per species distincta sunt, & tamen in forma remanent coniuncta; quid mirum si possit Omnipotens Deus in illa resurrectione mortuorum, carnem hominis distinguere à carne brutorum: ut unus idemque pulvis, & non surgat in quantum pulvis lupi, & surgat in quantum pulvis est hominis? Vide qualiter ad vitam venisti, & nequaquam dubites ad vitam qualiter

Greg. Mag.

litter redeas; &c. Haftenus Gregor. Magn. Hom. 20. in Ezach. & in Job, lib. 14. a cap. 28.

10 Ithoc testimonium astruxi, quoniam amplectitur quicquid priores & posteriores Gregorio nixere, ferè eisdem terminis ac eisdem symbolis, ut vidori licet in Tertullian. Apolog. cap. 48. & de Iudae. Domin. cap. 5. à v. 1. Decranot. d. à v. 355. Prudent. in Simmach. à v. 1005. Paulin. Panegy. de Caes. à v. 227. Inò Seneca, Epist. 36. in fin. Quomodo ergo resurrectio fiet, quando, quo ordine, formà ac figurà; quæ non ad arcani entitatem, sed ad curiositatem spectat, tanti interest scire; videtur Augustin. lib. 22. Civ. à cap. 13. Levin. Lemn. & Nancel. quo supr. nervosque differenter Eximius Doctor. in 3. p. D. Thom. disput. 44. à sect. 2. His ergo præmissis perspicuior fiet expositio Tautologiae. Ad resurrectionem, intercessisse mortem omnino necessarium: etenim oboriri non potest, nisi mors præcedat. Ita PP. & singuliter Athanasius, de Incarnat. Verbi Dei. Hinc Græcè Anastasi dicitur resurrectio à Stasi, idest statu; & Ana, rursus vel denud; quasi eiusdem regeneratio, ut dicitur, Matth. 19. 20. quo loco Hieronym. Quando mortui de corruptione resurgunt incorrupti. Afruit Paulus, 1. Cor. 15. 36. Quod seminas non vivificatur, nisi prius moriatur. Ita enim scitur, quomodo resurgunt mortui, qualive corpore venient Idem Ioan. 12. 24. Surgit homo qui moritur, ne meriendo desperemus, & vitam nostram in morte finitam putaremus. Augustin. de Tempore. serm. 175. Eadem Hilat. in Matth. Can. 20. Bernard. Serm. 75. in Cantio. & Gregor. d. in Job, cap. 38. ubi; Nec rectè resurrectio dici potest, ubi non resurgit, quod cecidit. Hinc non tautologicè dicitur ab Aslereto N. Mortuos suscitare. Aliud tendit, dum exprimit suppositum necessarium tam quoad veram corporum, quam quoad metaphoricam animarum resurrectionem. Idiotismo Hebræo, & etiam Hellenismo connotatur saepe suppositum; ut illud Matth. 8. 22. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Homer. 7. Iliad. v. 409. Ex cadaveribus mortuis, Sophoclin. Antigon. v. 916. Ad sepulchra mortuorum: denique Plutarch. in Numa, insit. Curatum, ut sepeliatur mortuus.

11 In statu originalis iustitiæ transferentur homines sine morte in meliora, quoniam custodia iustitia, ut observat Augustin. Enchir. cap. 25. supervestit beatitudine à paradisi felicitate. Modò autem mors interclusura, quia per peccatum mors. Natura propter amarum mortis articulum, renuit spoliari, & cupit supervestiri. 2. Cor. 5. 4. Ingemiscit, habitationem, quæ de celo est, superinduti cupiens, sed non valens; quia non in altiora surgit, sed de pulvere resurgit, & resurrectio ut est vitæ restitutio, fit supposità morte destructiva primæ vitæ. Resurgere non poterat (inquit Ambros. de Fid. Resurrectione.) quod mortuum non erat: ut dum moritur quod solet; quod mortuum fuerat hoc resurgere. Resurrectio enim fit per novam introductionem eiusdem animæ rationalis in idem corpus, ita ut idem homo substantialiter non distinguatur à se præter erat antequam moreretur. Sic ergo dicitur: Ex resurrectione mortuorum. Resurgens ex mortuis: Ad resurrectionem quæ est ex mortuis: tum quia necessaria mors in resurrectionem; tum quia non resurrectio, nisi in utroque extremo idena sit homo. Unde de Christo dicitur: Surrexit Dominus verè. Non est sermo de corpore glorioso de quo infra n. 16. sed de resurrectione vera: veraque resurrectio ex reunionem eiusdem animæ & corporis. Ita resurrectio solius hominis est: quæ autem brutorum non est vera resurrectio, si fiat; sed in eadem materia alterius formæ productio; siquidem forma simul corrumpitur cum materia. Resurrectio cum sit eiusdem numero animalis, nullum præter hominem resurgere valet; quia ita propriam formam à corpore segregatam habet, ut per se immortalis existat: cætera verò animalia ita corpori habent annexam, ut nequeat sine illo subsistere: quapropter evanescit corrupta materiâ, quasi nunquam fuerit in rerum natura. Ad Suar. d. Delr. d. quaest. 21. sect. 2. lib. 2. & Paul. Zach. quo supr. à n. 14. Unde Tertullian. Apolog. cap. 48. ait: Quis bestiam reformari vidit?

12 Ast inquiritur, cur exprimitur à Paulo ex mortuis resurrectio; si quod non mortuum resurgere nequit? Plures asserunt, non omnes mortuorum, quia Christus iudicaturus est vivos & mortuos: quasi cum iudex advenit, qui electi, sine morte in immortalitatem transiunt; ita ut rapti in caelum appareant sicut surgentes, gloriosi. Ita Chrysolom. Homil. 41. in 1. Cor. Epiph. Hæres. 64. Hieronym. ad Marcellam quaest. 3. Tertullian. 5. Advers. Marcion. cap. 10. & de Resurrect. carn. cap. 42. & Caietan. 1. ad Thesal. 4. 16. & 1. Cor. 15. 51. ubi: Ecce mysterium vobis dico. Verè hoc est magnum mysterium (subdit) quod aliqui electorum absque morte intercedenti assequuntur

Ad resur-
rectionem
necessaria
mors.

Επισημ

Matth. 10.

3.

Ex primi-
tur suppo-
situm neces-
sarium

Ambros.

Quid pro-
prio resur-
rectionis

Rom. 1. 4.

6. 9.

Philip. 3.

11.

Luc. 14. 14.

Tantum po-
tuit homo re-
surgere.

Tertull.

Caietan.

Immutationes omnes has, incorruptibilitatis, gloria, potentia, &c. Non temeritatis damnanda temere huifmodi sententia, ut fulminat Sotus in 4. distinct. 43. quaest. 2. art. 4. saltem propter venerationem AA. facilius, dicere, tunc rudi seculo non omnia revelata (quamvis non excipitur Caietanus maxime dum fulti PP. apparenti Pauli testi- monio, dicentis: Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur: & ad Theff. cit. v. 17. Deinde nos qui vivimus (sub persona iustorum illius temporis) simul rapiemur. Displect sanè sententia, quia quæ aboita à Caietano exhumata: in quam textus pro contraria, sensui vero allipulatur. Omnes (inquit) resurgemus. Si resurrectio vera (ut pluribus testimonijs probavimus) sine morte non datur; qui resurrectionem dicit, mor- tem supponit. Ita alibi: Statutum est hominibus semel mori (Hebr. 9. 27.) post hoc au- tem iudicium: potissime in sententiam asserentium ante iudicium universi egyptosum, seu conflagrationem, de quo Suar. d. disput. 57. sect. 1. Quis est homo qui vivet, & non videbit mortem? Palm. 88. 49. In omnes homines mors pertranstij. Rom. 5. 12. sic alia & obvia. Diceretur ne resurrectio, permanente Adamo in iustitia originali, si transferretur in omnes illas immutationes, incorruptibilitatis, gloriae, potentia, dotiumque gloriosæ corporis? Ludicrum omnino. Christus ergo iudicaturus est vivos & mortuos, iustus scilicet & iniustos, decernens præmia & supplicia. Noverunt & Ethnici, ut observant Ju- nus de Monarchia, & Del. in Troad. Senec. ad v. 367.

Est semita iustorum & iniustorum.

Est apud inferos iudicium,

Quod faciat Deus omnium Dominus:

13 Cortex testimonij Pauli, haud nucleato sensu, impulit in voluntariam textus expositionem, & mentis lubricitatem: quandoquidem debebat cogitari in auctoritate Tò Non omnes immutabimur: & nos immutabimur. Quomodo sine contradictione de se Paulus dicit immutari, & non immutari? Negotium mihi facies illustre testimonium, ut sine contradictione perspicue a genuè delictur; quod faciam: an rectè, iudicet doctus. PP. præfati arbitrantur in otroque loco Paulum agere de resurrectione, dum illam supponit, & tantum de ordine resurrectionis dicitur: haudquaquam resurrectio- nis carnis absolute, sed respectivè ad bonos: quæ de causa ut constat ex v. 34. subdit: *Evigilate iusti*: hoc est, gaudete: hæc vita laboriosa finietur, in felicem commuta- bitur: igitur si in hac vita tantum, in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus: v. 19. *Ad bestias pugnavi Ephes.* quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? *Ut quid nos periclitamur omni hora:* à v. 30. Non crepera omnium res- surrectio: supponit enim universæ carnis resurrectionem: & invidat laborantes spe glo- riæ, ut permaneant absque ulla tergiversatione in semel suscepta fide: *In hac vita bre- vi & exigua agones essent & labores: in illa verò quæ aeterna est, corona & præmia meritorum: ut labores quidem citò finirentur; meritorum ergo præmia sine fine du- rarent: ut post huius mundi tenebras visuri essent candidissimam lucem, & accepturi maiorem passionum cunctarum acerbissimam beatitudinem.* Ita Vener. Bed. serm. 18. de Sanctis. Allipulatur Alapid. in otroque cit. loc. Pauli, ubi: *Non meminit hic Aposto- lus (inquit) resurrectionis impiorum & reproborum; sed tantum mortuorum in Chri- sto: idest, in fide & gratia Christi.* Fideles enim pios & bonos tantum consolari vult hac spe resurrectionis.

14 Non de resurrectione, sed de huius dumtaxat ordine agi à Paulo, liquet ex contextu. *Unusquisque (dicit vers. 23.) in suo ordine: primitia Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in adventu eius crediderunt: deinde finis.* Clariora sunt Sole, quæ sine ulla contradictione exponitur: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: mortui resurgent, & nos immutabimur.* Ex contextu suppo- nere debemus, primum Christum surrexisse, & cum illo plures alios, qui crediderunt, antequam veniret in adventu eius. Catalogum illorum ex diversis AA. signat Alapid. in illud Matth. 27. à 52. *Multa corpora Sanctorum qui dormierant surrexerunt, & exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius venerunt in sanctum civitatem, & apparuerunt multis.* Ordo ergo proponitur resurrectionis gloriosæ (supposita universali, quæ illotunc non ad rem, quippe improbis mors secunda, ut videbimus, n. 16.) in qua Christus primus, uti primogenitus mortuorum deinde qui in adventu eius Patres Anti- qui crediderunt. Tunc Christus non resurget. Christus resurgens ex mortuis, iam non mo- ritur: mors illi ultra non dominabitur. Ergo dum Christus dicitur *Primitia dormientium,* post quem alij revocati in gloriosam vitam; non est intelligendum de resurrectione su- pposita, sed de ordine in resurrectionem habito & habendo. Ordo igitur habitus in diversis

An omnes in
dicandi, mu-
ritur

1. Cor. 15.
11

Sophocli
Palæm,

Vener. Bed.

Alapid.

1. Cor. 15
à 11

tate temporum, fuit primū resurgente Christo, quem secuti sunt in die resurrectionis, qui crediderunt in adventu eius. Ordo verò habendus quem videbimus in novissimo die in iustis resurgentibus ad corporum gloriam. Claret ergo Pauli testimonia. *Hos enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus, in adventum Domini non preveniemus eos, qui dormierunt.* Tameñ primicias spiritus habentes, non possumus illos in resurrectione prævenire, qui iam surrexerunt cum Christo, & Deus adduxit cum eo: igitur *mortui qui in Christo sunt resurrexerunt* (futurum resurgens pro præterito per Enalagem, de quo Tom. 3. l. 1. n. 19. & Itai. 4. l. 3.) *primi: deinde nos quæ vivimus (& moriemur, tunc surgentes) simul rapiemur cum illis obviam Christo in æra.* Unde uniuscuiusque in suo ordine facta vel futura resurrectio. *Omnes quidem iusti resurgemus: alij cum Christo resurgente: alij in novissimo die: quare non omnes tunc immutabimur, quia quos non possumus in resurrectione prævenire, iam sunt immutati ex quo in gloriam corporis surrexerunt.* Tunc qui *residui sumus & mortui, surgemus, & tunc immutabimur, & erit Deus omnia in omnibus, iuxta qualitatem meritum; quia alia claritas Solis, alia claritas Lune, & alia claritas stellarum: stella enim à stella difort claritate.* Sic & resurrectio mortuorum: v. 4. 1. Expressit perspicuo Daniel. 12. 2. *Multit de his qui dormiunt in terra pulveris, evigilabunt.* Non dicit *Omnes*, sed *Multis* quippe non resurgent, qui iam cum Christo surrexerunt. Omnes resurgent, sed non omnes in novissimo die, sed multi tantum, respectu illorum, qui resurgente Christo, cum illo glorificati corpore & anima. *Omnes quidem* (ait Paulus) *resurgemus, quia non sursumus: ideo è pulvere evigilabimus, & erimus ex multis qui tunc evigilabunt.* Cunctorum hominum absolutè erit resurrectio. *Omnes quidem resurgemus, sed in illa non omnes gloria immutabimur: mortui in Christo resurgent, & cum illis nos immutabimur.* Quo quidem non solum resurrectio cunctorum, que supponit, clari est: sed etiam singularis resurrectionis ordo. Sic pro meo captu, & meliora expecto, amplectendo volupe. Ergo in reliqua.

15 Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem; quia necessarium ratione status æterni ad supplicia vel ad præmia. Ex hoc enim quod status omnium erit æternus à parte post; oportet corpus reddi æternum, induendo incorruptibilitatem & immortalitatem. Hoc commune bonis & malis. Resurrectio est ad utroque, sed aliter & aliter; quia omnes resurgent, sed non omnes immutabuntur. Mutabuntur sanè improbi, sed secundum quid; non simpliciter ut iusti ad statum immortalitatis gloriosum: igitur mors peccatorum pessima, de malis in mala, pœnna immortalis per resurrectionem immortali corpore: in morte autem iustorum corpus seminatur in corruptione, sed surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale: etenim ut ait Gregor. Magus d. cap. 29. & 30. *Corpus nostrum in ipsa resurrectionis gloria erit corpus subtile per effectum spiritualis potentia; sed palpabile per veritatem naturæ. Caro eadem per naturam, diversa per gloriam: eadem per veritatem, diversa per potentiam.* Hinc Græcè resurrectio impiorum dicitur absolutè *Anastasis*: iustorum verò *Exanastasis*, quasi exultatio de morte ad gloriam, ad quam Paulus aspirabat anhelans, configuratus morti Christi. Si quomodo occurram ad resurrectionem (dicens) *que est ex mortuis.* Unde resurrectio sumitur pro gloria, eodem tessificante: *Si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.* Rom. 6. 5.

16 Ita ergo intelligitur Tô Verè, in Christi resurrectione. *Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.* Haud quod non verè surrexerint, quos Elias, Eliseus & Christus ante suam resurrectionem revocavit à mortuis; sed quia primus omnium gloriam accepit corporis, quin moreretur iterum, qua de causa dicitur *Primitia dormientium* ut vidimus, & *Primogenitus mortuorum.* Colof. 1. 15. & Apocal. 1. 5, & uti canit Sibylla apud August. d. lib. 18. cap. 23.

1. Thessal. 4. 15. Enallage, futurum pro præterito.

Discrimen resurrectionis iustorum, & improborum

Greg. Mag.

Philipp. 1. 21.

Luc. 24. 34.

Sibyll.

Cur resurrectio impiorum non dicitur resurrectio. Psal. 1. 5.

Est resurrectio ad vitam, cuius gratia dicit Regius Psaltes: *Est vivet anima vestra: Psal. 68. 33. Daniel. 12. 2. Multi de his qui dormiunt in terra pulvere, evigilabunt. alij in vitam æternam, & alij in opprobrium.* Idem Matth. 24. 46. & Ioann. 5. 29. *Resurgent omnes, sed quia pravi non in gloriam, que dicitur vera resurrectio: Non resurgent impij in iudicio* quippe tantum in iudicium resurgent, in opprobrium temporarium, mortem secundam, perpetuam interminabilem flammam. *Tibi resurrectio*

ad

ad vitam non erit: dicitur pessimo Antiocho, 2. Mashab. 7. 14: Sicut enim viventis ærumnos non vita, sed viva mors dicitur; ita qui in pœnna resurgit, resurrectille negatur. Sic Augustin. *Epist. 28. Surgit, sed non verè surgit, quippe in peiora resurrectione cadit.* Dicit Plinius lib. 7. cap. 55. *nesciens quid dicit. Perditi profectò ista dulcedo præcipuum venter bonum, mortem: ac duplicat obitus, si dolore etiam post, futuri æstimatione evasit.* Lucret. lib. 3. de *Rer. natur. v. 1024. & 1094.*

Proinde licet quot vis vivendo eandere facta, Mors æterna tamen nihilominus illa manebit Nec videt intere à qui terminus esse malorum Possit, nec qua sit pœnarum denique finis.

17 Iam ergo in portum devenimas, ut eluceat prælibatis Iobi auctoritas. Credit Redemptorem devicta morte victurum: & cum esset eius resurrectio causa nostræ (ut ait August. loc. cit. D. Thom. 3. p. 9. 56. art. 1. & ibi Suar. disput. 50. sect. 1.) suam prædicat, & gloriosam. Unus fuit illorum qui crediderunt in adventum eius: qua de causa cum Christo surrexille dicimus è probatis AA. in *Ephemerid. 10. Maij. n. 3.* Unde complantatus similitudini mortis eius, resurrectionis fuit confors, & ante tempus quo gloriam corporis expectabat: igitur ut phoenix resoruit, antequam dies novissimus adveniret. Redemptor è morte surget, gloriosè vivet; & cum illo è terra surgam, ac simul in gloriam. *Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspècturi sunt, & non alius.* Lepidè & ingeniosè Mellius Soufa hic.

— Gelidà tellure resurgam Tunc ego corporeo rursum vestitus amictu. Singula namque Deus reddens in pristina, corpus Restituet, speciemque mihi, redivivaque membra, Pellis & ipsa meos iterum circumdabit artus. Ille ego qui fueram, Dominam tunc luce videbo, Non alius: namque bisce meis stellatus ocellis. Conspectam rursum æthereas revocatus ad auras.

Florida sanè explicatio, & periphrasis polita.

18 *Quem visurus sum ego ipse & oculi mei conspècturi sunt, & non alius.* En Tautologice tenor: in quo *Synchysis* videtur: quod quidem schema fit, dum perodus cum remotiore iungenda, in sensu genuinis utriusque orationis constet. A nonnullis dicitur *Hysteron-proteron.* Ioann. 9. 41. *Nunc dicitis, quia videmus, peccatum vestrum manet: hoc est. Nunc quia dicitis, Videmus.* Psal. 35. 2. *Dixit iniustus, ut delinquat in semetipso: id est: dixit iniustus in semetipso, ut delinquat.* Eccl. 29. 28. *Initium vita hominis, aqua & vestimentum, & domus protegens turpitudinem: ubi protegens turpitudinem, iungendum cum Vestimentum.* Eccl. 12. 14. *Cuncta que fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum, sive malum: nimirum; Cuncta que fiunt, sive bonum sive malum, &c. Marc. 1. 10. Statim ascendens de aqua, vidit caelos apertos: scilicet, ascendens de aqua; statim vidit &c. Ioan. 17. 5. Claritate, quam habui, priusquam mundus esset apud te: videlicet, claritate quam habui apud te, priusquam mundus esset. Sic alia. Augustin. de *Verb. Domini. serm. 26. Voluit accepta forma servi, in illa pasci à servis dignatione, non conditione: ubi, dignatione, non conditione, non cum servis iungendum, sed cum accepta forma servi à filio Dei.* Apud Profanos frequens huiusce schematis usus. Terent. in *Adelphi. Act. 2. scen. 1. n. 40. Ego liberali illam assero causam manu: id est, Ego liberali causa, manu assero, manumitto.* Sophocle. in *OEdipo Tyrann. v. 465. Peregrinam ad scepro demenstrans, terram profisciscetur.* Id est, ad peregrinam terram profisciscetur, quam scepro demonstrat. Plaut. in *Bacchid. Act. 4. scen. 4. v. 47. Que dicta dixit me adversum tibi: hoc est, que dicta dixit tibi adversum me.* In *Trucul. Act. 4. scen. 3. v. 15. Quid puero factum est, mea quem peperit filia, meo nepoti?* Ovid. 9. *Metam. fab. 1. 1.**

— Per bas fidissime nostro, Dixit, & adiecit longo post tempore, fratri.

Manil. 4. *Astron. cap. 2. v. 24. Equè cogit, cum vincula profert, parte.* Lucan. 1. *Pbarsal. v. 176. Leges & plebs sic coacta.* Claudian. *Gigantomach. v. 30. In Iovis exitium telum non esse recuso.* Hoc est, non recuso telum Iovis in exitium. Haud aliter in presenti testimonio, ubi, & non alius iungendum cum *Ego ipse*: ita ut sensus sit: *Quem visurus sum ipse, non alius, in comprobationem propoli verè ac rigorosè re-*

Pliq;

Lucret.

Iobus cum Christo surrexit.

Iob 19.

Soufa

Synchysis, & Hysteron-proteron.

Ovida

furrectionis, iuncto posteriore nomine cum particula remotiore, efformata parenthesi ex *Tō Oculi mei conspēcturi sum.*

19 Visurum Redemptorem se dicit resurgentem, additque suis oculis illum novā vitā florentem visurum. Videtur Epitaphi seu Exergasia, quasi confirmatio primæ sententiæ, ut sæpe alibi in Biblijs, ut certitudinem visionis exprimat; equidem illam firmat & actione videns, & visionis organis, ut canit d. Soufa: *Videbo, his meis oculis aspiciam:* phrasi Ciceronianā ac Plautinā; uti observavimus, Tom. 3. T. 2. & 7. Hic utraque sententia, nimirum, *Visurus, & oculi mei conspēcturi: Ego ipse & non alius*, non argumentum corporis resurrectionis exaggerant, sed veritatem explicant; ita ut Iobus resurgat, sicut Christus resurrexit. *Expresse Indicat veritatem Resurrectionis:* subdit Gloss. Euthychius, Eutyclus, vel Eutyclus hæreticē astruebat in resurrectione corpus non corpus, quia omnino invisibile, impalpabile aëreum (ut ait Gregor. d. & Castro *Advers. Hæres.* lib. 13.) aliud ab habito in vita. Quare ut Iobus exprimat non aliud, dicit: *Ego ipse & non alius.* In eadem forma, in eadem materiā (& ut placet Suario d. *disput.* 44. sect. 2.) eadem numero substantiali unione resurgit homo: qua de causa Iobus non dicit absolute, *In carne videbo;* sed *In carne mea: rursum circumdabor pelle mea:* hoc est ipsissimo corpore, cui reuenda anima: aliā si corpus aliud, non esset resurrectio, sed animæ transmigratione de materiā in materiā, de corpore in corpus: tuncque alius homo moreretur & alius resurgeret: & ad veram resurrectionem *Ipse & non alius.* Ad rem Prudent. in *Apotheos.* v. 1132.

Actio & instrumentum suspensa ali quando expressa. Gloss.

300 190.

Prudent.

In materia corporis pars parti respondebit in resurrectione.

Aufon.

Eadem erit forma, materia & quæ præca.

Tertull.

Nosco meum in Christo corpus consurgere, quid me Desperare iubes: Veniam quibus ille recenit Calcata de morte vijs: quod credimus, hoc est: Et totus veniam, nec enim minor, aut alius quam Nunc sum, restituar: vultus vigor & color idem Qui modò vivit, erit.

Connotat in resurrectione identitatem resoluti & reformati substantialis compositi, quia idem & non aliud: ipsamet non solum specificè, sed numericè non solum in toto, sed in partibus singulis. Erit illa prior materiā singularium partium ad partes singulas: pellis materiā, pelli: carnis, carni: ossium, ossibus: unguium, unguibus. *Capillus de capite vestro non peribit.* Luc. 21. 18. Hinc non solum oculi (subdit Iobus) sed *oculi mei conspēcturi sum.* Aufonius in *Ephemerid.* v. 68. *Christus.*

Esse iter aterni docuit remeabile vita, Nec solum remeare animam, sed corpore toto Cælestes intrare plagas, & inane sepulchri Arcanum vasis adopertum linguere terris.

20 Sicine exemplar resurrectionis nostræ, ut in eisdem rebus diversis modis suscitatus in vitam sit idem ipse. Eodem stylo ut identitas signetur, profani utuntur. *Ex me & non alio.* Sophocl. in *Elect.* v. 894. Ovid. 15. *Metam.* fab. 3. *Ipse ego me meminim.* Manil. 1. *Astron.* cap. 1. v. 29. *Cuperet Deus ipse.* Prop. lib. 2. *Eleg.* 19. v. 29. & *Eleg.* 26. v. 3. *Ipse Deus: Ipse ego.* Quod palliologia solet aliquando exprimi, ut signetur identitas, Virgil. 4. *Ecolg.* à v. 62. postquam dixerat, *Ipse montes, ipsa rupes, ipsa arbuscs;* haud dicit: *Ipse Deus:* sed *Deus Deus ille Menalea:* geminatione vocis pro identitate. In sacris *Ego ego.* Mai. 51. 12. cap. 45. 22. *Ego Deus & non est alius:* denique cap. 48. à v. 12. *Ego ipse, ego primus, ego novissimus, ego ego.* Diversimodò explicatur identitas, quo intuitu ut Iobi constat in resurrectione; non solum dicit *Ego ipse,* sed *Non alius:* equidem in eisdem numero formā, materiā & unione (iuxta D. Thom. in 4. *distinct.* 44. q. 1. à 2. *questiunc.* 3.) surget; ita ut diverso statu sit ipsissimus. *Si quæcumque ratio præest animarum humanarum reciprocandarum in corpora* (infit Tertullian. *Apolog.* cap. 48.) *cur non in eandem substantiam redeant, cum hoc sit restitui, id esse quod fuerat? Multo utique dignius, credi hominem ex homine restitutum, quemlibet pro quolibet, dum hominem; ut eadem qualitas anima in eandem restitueretur conditionem, etsi non effigiem (effigiem dicit non diversitate corporis, sed glorie corpori communicatæ, qua huius effigies non habitudine, sed splendore diversa, ut diximus, n. 15.) certè quia ratio restitutionis destinatio iudicij est; necessario idem ipse, qui fuerat, exhibebitur.* Alias alius peccasset, & alius iudicaretur. *Ideoque* (subdit) *nec mori iam, nec rursus ac rursus resurrectio; sed erimus idem qui nunc, nec alij post.*

Nihil

Nihil prorsum, quod amissum ante mortem aliquid, cum in morte totum, totaliter restituumdum. Prudentius, d. à v. 1136. *succine:*

— Nec me vel dente, vel ungue Fraudatum revomet patefacti fossa sepulchri. Qui iubet ut redeam, non reddet debile quicquam; Omne revertenti reparata in membra redibit

Prudent.

1. Reg. 1. 84 à 11.

Filij Iob à mortuis revocati.

Grego Magno

21 Resurrectio proprie est de homine, ut dixi, formā & materiā composito: forma incorruptibili, & materiā corruptā, quæ solummodò tunc capax reproductionis, si destructa ac deformata. Hinc suscitatio animæ Samuelis non fuit resurrectio, quia nullo modo reunita corporis materiæ: resurrectioque non est partis sed totius: quare Iobus non dixit resurrectus de terra, Quem videbit anima mea; sed *Quem visurus sum ego ipse, & non alius,* connotans totum compositum: quo sensu post ab illo non genitos filios & filias, sed à Deo suscitatos à mortuis asserit Doctiss. Sanctius in cap. 42. n. 22. & alij apud Pineda v. 13. num. 3. maxime Gregor. lib. 35. cap. 11. *Filij totidem sunt rediit, quot amisti; ut & bi qui extincti fuerant, vivere demonstrarentur. Totidem ei filios restituit, quot amisit.* Vidit Iobus in filijs, quod de se spe firmā conceperat; quando non alios, sed illos ipsos quos amiserat viventes iterum recuperavit, reformatā materiā, & animā rennita. Iccirco postquam visionem resuscitandus expressit, addit: *Et oculi mei conspēcturi sunt. Mei* in assertionem restitutionis oculorum, per resurrectionis beneficium: Oculi in conspectum Numinis, non per oculos carnis, sed in oculis mentis, sumpta metaphorā ab oculis corporis, acie intellectus in suscitata carne: igitur vel in carne similes ei erimus, & *videbimus eum sicuti est.* 1. Ioan. 3. 2. Videtis Suarium de Deo, lib. 2. à cap. 7. In huiusmodi articulo cogitem ut opportunus, Iobus qui Iobum de visione Christi, Dei-hominis, quod maior gloria oculorum carnis; ex eo quòd præmiserit: *Scio quòd Redemptor meus vivit, & in carne mea videbo Deum* (Bibl. Antiq. & Maluend.) *Salvatorem meum.* Summam enim beatitudinis accidentalis arbitror visionem humanitatis Salvatoris. Quid in gloria cæli, si felix Simeon, quia viderunt oculi: Ipse dixit asseclit, Luc. 10. *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Dic enim vobis, quod multi propheta & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.* Sicine in gaudium tragædia Iobi. Modò in expositionem Tautologiarum affinium.

22 Mors sæpe dicitur somnus in sacra pagina (apud Profanos somnus *ferreus & æreus.* Homer. 11. *Iliad.* v. 240. *Somnus surdus.* Propert. lib. 4. *Eleg.* 5. v. 17.) *Psalm.* 4. 9. *In pace in idipsum dormiam & requiescam:* & 12. 4. *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte:* igitur sicut qui dormit, aliquando evigilat; ita qui mortuus excitatus aliquando resurgit. Zachar. 4. 1. *Angelus suscitavit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo:* addito somno dormientis, ut à somno distingueretur cadaveris. Sub qua metaphora dicit Lucretius lib. 3. d. v. 908. *Letbo sopitus* Lucan. 6. *Pharsal.* v. 769. *Somnum tibi solvere Lethes.* Virgil. 6. *Æneid.* v. 278. *Letbi consanguineus sompor.* Homer. 6. *Iliad.* v. 665. *Et morte & somno gemellis.* Dormire per Hypocalisnum, obsecnum sonat. *Genes.* 39. 7. 1. Reg. 2. 22. Virgil. 8. *Æneid.* v. 405. Propert. lib. 2. *Eleg.* 6. v. 12. Petronius, Ovidius, & Martialis usquequaque. Interdum pro quietere, de quo infra, hoc est, ab aliqua operatione cessare. Unde Mantuan. *Ecolg.* 6. v. 3. *Dormit humus:* idest, nihil producit, vel nuda est. Juvenal. *Satyr.* 1. v. 16. *Consilium dedimus Sulla, ut altum dormiret:* nempe, à crudelitate cessaret. In Scriptura, *Psalm.* 43. 23. *Exurge, quare obdormis Domine?* Quasi facta non videret, uti dixerunt de suis Numinibus Æthnici (Quinctus Calaber, lib. 2. v. 505.) & Talmudistæ de Deo vero, qui non dormitabit, neque dormiet, sicut Phryges astruebat sex mensibus Deos dormire, & totidem vigilare. Plutarch. de *Isid.* & *Ostrid.* Homer. 2. *Iliad.* & Natal. Com. 3. *Mytholog.* cap. 14. Sumitur dormitio pro oblivione, quas fororavit Homer. 23. *Iliad.* v. 69. *Dormis & mei oblitus:* de quo Læli. Bifciol. *Hor.* subscif. *Tom.* 2. lib. 10. cap. 3. sicut econtrā per vigiliam exprimitur operatio. *Psalm.* 77. 65. *Excitatus est tamquam dormiens Dominus.* Thren. 1. 14. *Vigilavit iugum iniquitatum:* & Habac. 3. 9. cum videret iustos premi, atque impios exaltari & illis insultare, dormiente iustitia Dei: in vindictam supeaventuram dicit: *Suscitant suscitabis arcum tuum:* iuncto verbo & participio in vindictæ certitudinem.

23 Unde cum cessatis sit cessatio actionum exteagnarum, quasi suspendium animæ: di-

Zachar. 4.

Acceptioñ dormitionis Hypocalisnu.

Habac. 3.

Pro res. Gaecl. 1. dicitur, somnus. *Inmisit Dominus Deus soporem in Adam* (Hebr. *Ecl. 1. 2.*) & cum obdormisset. Cant. 3. 5. *Ne suscitatis neque evigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.* Eccl. 1. vocat Bernard. hic *serm.* 52. quali operationum sensuum omnimodam suspensionem uti accidit in dormientibus. An in somno aliquando possit esse meritum disputant DD. Scholastici cum D. Thom. 1. 2. q. 113. art. 3. In somno Salomon concessam fuisse sapientiam, quam in somno etiam petijt à Domino; asseritque 3. Reg. 3. 5. *Apparuit Dominus Salomoni per somnium noctis, dicens: postula quod vis; ut dem tibi.* Postulavit tunc sapientiam, & obtinuit: v. 12. & 1. Paralip. 1. 27. Ex defectu liberi arbitrij, ligati somno, excludunt meritum Sanctus hic n. 25. Perer. in 1. Daniel. quæst. 7. Pineda de Rebus Salomon. lib. 3. cap. 8. & D. Thom. d. inquires: *Dormiendo non meruit sapientiam, nec accepit; sed in somno declaratum est ei, quod propter præcedens desiderium ei à Deo sapientia infunderetur.* Ex præcogitatis efformari in somnis imagines à phantasia, diximus Tom. 3. Tautolog. 2. n. 21. occurrunt alia. Petron. *Carm.* 13.

Petron.

*Somnia que mentes ludunt volitantibus umbris,
Non delubra Deum, nec ab æthere Numina mistunt;
Sed sibi quisque facit: nam cum prostrata sopore
Urget membra quiete, & mens sine pondere ludit;
Quicquid luce fuit, tenebris agit. Oppida bello
Qui quatit, & flammis miserandas Jevit in urbes;
Tela videt, versasque acies, & funera Regum,
Atque exundantes per fuso sanguine campos.
Qui causas orare solent, legesque forumque,
Et pavido cernunt inclusum corde tribunal.
Candit avarus opes, defossamque invenit aurum, &c.*

Juxta Plinium lib. 10. cap. 75. Somnus hominis nil aliud est, quam animi intra sese recessus: quare ex præcogitatis in vigilia imagines efformat phantasia.

Ovid.

Tu mihi cura Phaon, te somnia nostra reducant.

Canit Ovid. *Epist.* 2. 1. v. 123. Idem Virgil. 4. *Æneid.* v. 465. Valer. Flacc. 7. *Argonaut.* v. 50. & Statius lib. 7. *Thebaid.* v. 463.

Unde Tom. qui in vigiliæ

24. Hoc profectò naturale: singulare prorsum vigilando somnare, quod quidem species desipientiæ ut dixi, Tom. 5. T. 10. n. 21. Permanent enim somniata ex vi potentiz imaginativæ: descendit tunc in organa sensuum humor commotione spirituum (aut impressione ab imaginatione orta, ad sensuumque communem perducta) depravans facultatem: atque ideo movere potest apprehensionis principium; ut sensus externus sibi affici videatur, ac si objecto exteriori informaretur. Patet in auditu, in quo post modulationem musicam remanet tintinnus concentus, cuius virtute qui non audit, dulcedinem cantus arbitratur audire; ut observat Senec. *Epist.* 123. Dumtaxat in hoc sensu quit tolerari oculos dormientium videre, ut astruit Aristotel. 5. de *Generat. Animal.* cap. 1. vel vigilantes somnare, ut ait Plaut. in *Amphitru.* Act. 2. scen. 2. v. 65. *Menach.* 2. 3. v. 15. & *Pseudol.* 1. 3. v. 152. Terent. in *Andria.* Act. 5. scen. 6. v. 7. *Nunc ille somniat ea, que vigilans voluit.* Succinit Lucret. lib. 4. d. à *verf.* 973.

Lucret.

*Plerumque videmus
Cum iam desisterint ea sensibus usurpare
Reliquas tamen esse vias in mente patentis
Qua possint eadem rerum simulacra venire
Ante oculos, etiam vigilantes, ut videantur
Cernere saltantes, & mollia membra moventes.*

Astruit etiam Delr. *Disq. magi.* lib. 2. p. 29. sect. 2.

Quomodo Ethnici captabant somnia. Perelles vi Marum.

25. Ut certa essent somnia & sibi ad votum cadentem optata, prius Ethnici concipiebant vota, transibant in sacrificia, postque detractis pellicibus victimarum arbitrabantur à Dijs dona acceptisse per somnium. Fuit enim aliorumque ita delictum, ut sibi, etsi ab alijs ridentur, illapsam conferent donum Poësis ducè Mercurio, si dormissent in Parnaso. Adi Bisciol. d. Tom. 1. lib. 10. cap. 6. De usu pellium ad aracula captanda, diximus Tom. 5. T. 10. D. 2. n. 4. Tom. 6. T. 6. à n. 14. & in *Ephemer.* 1. *Januar.* à n. 12. siccineque ab idololatriis Hebræis credebantur somnia: *Isai.* 64. 4. & Salinas in *Tom.* 1. quæst. litter. 39. late Stueck de *Sacrific. Gentil.* à cap. 2. 12. In confirmationem præfacti moris Strabo imponit Moyß huiusmodi ritum. *Docebat Moyßes* (ait lib. 16.) *omnem*

sa.

Astuarum fabricationem ommittere oportere, & sano ac templo augusto, certis finibus circumscripto, quod Deo consecraretur, cum Deum colendum, & in eo templo pro se quemque vel alios pro alijs, qui essent ad bene somniamandum apti, oportere indormire. Meminit La-Zerd. 7. *Æneid.* v. 68. n. 9. & Stueck cap. 2. 14. Unde hæcine invenit Strabo? Ubi Tacitus & Plutarchus circumspicitur. De Mælageris astruit Herodotus. *Divinant* (ait lib. 4. cap. 43.) *ad suorum accedentes monumenta, & illis ubi preces peregerant, indormiunt, ubi quodcumque per quietem in somnium viderint, eo utuntur.* Ad directionem, ut iuxta meditata exiret somnia Brizonem Deam commentis de qua Coel. Rhodigin. lib. 27. cap. 10. & Nos d. 15. Jan. n. 7. Hac enim Ethnici superstiosè observabant, iudicantes tunc somnia immittà Deo; qui se inclinabat vigiliæ votis, dum illorum in somnis representabat imagines. Haud ita Salomonis somnus, sed naturalis, in quo illi Dominus apparuit, sapientiam concessit; quia tunc ullum uti in somnis haberet meritum: qua de causa evigilans Salomon, intellexit, quod esset somnium: v. 15. Abulensis hic quæst. 12. & 13. autumat Salomonem dixisse somnium fuisse; quia in naturali somno somniavit, Deum sibi apparuisse, illum in optione eligisse sapientiam, &c. Hoc est mittere cogitationem in pascua, & non vera, sed cogitata proferte. Siccine quomodo verum Tò Apparuit Dominus Salomoni per somnium? Dicemus ad illud Matth. 1. 20. & 2. 13. *Angelus Domini apparuit in somnis Joseph;* hunc somniatse, Angelum sibi apparuisse. Exigua ergo esset fides Prophetarum, modo huiusmodi expositiones non rejicerentur, uti impropria ac violentissima.

Strabo

Herodot.

Qua Briza Deat

26. Sherlogus, 1. *Antiq. Hebræic.* dissert. 11. sect. 13. & Suarius Tom. 2. de *Religion.* lib. 2. cap. 19. asserunt in somno naturali fuisse divinum somnium, seu propheticum aut ecclasticum, in quo liberum arbitrium in meritum: locutionem intetnam & mentalem (non excludendo corporalem dormitionem, sed supponendo, ligatis sensibus externis) in qua amplissimus usus rationis & voluntatis, ut dicit Sponza: *Ego dormio & cor meum vigilat:* ubi vigil & vitalis somnus, uti de somno Adami astruit Rupert.

In ecclasi usus rationis & voluntatis libertas Cantic. 5. 2.

in *Genes.* 2. 21. *Sopor* (ait lib. 2. cap. 34.) *quem Dominus Deus inami sit non vigilas rationis claudere debuit; sed obturatis quinque sensibus corporis, sensuum mentis liberum reliquit, ut scire posset, quid erga se faceret omnium artifex sapientia.* Idem Hieronym. in *Tradit. Hebr.* Epiph. *Heref.* 48. & Scholastici in 2. dist. 18. & in 1. p. D. Thom. quæst. 97. art. 2. indicat loc. supr. cit. Angel. Doctor: *Ille somnus non fuit naturalis* (Somnus pro somno) *sed somnus prophetie: in quo casu aliquis usum liberi arbitrij habet.* Ratio iuxta Suarium, quia tunc elevata fuit mens Salomonis, ac interne potentiz claritudine phantasia, & expulsiore vaporum, qui illum in somno impediunt, manentibus externis sensibus uti in naturali somno: vel revelatione intellectuali, per se inserta iuxta Sheclogum sine conversione ad phantasmata; que est perfectior, & in qua vel sensibus ligatis somno, est plena libertas voluntatis, atque cognitio rationis. Unde Salomon in hoc somno ecclasi oravit, ac sapientiam meruit propter electionem; qui obliet, quod dicitur: *Evigilavit Salomon, & intellexit, quod esset somnium,* quasi non distingeret quid somnium naturale, & à Numine illapsam. Intellexit Salomon in illo somnio Dei esse locutionem, qua homines per quietem illustrare solet. Quare illud *Quod* haud arbitror relativum, aut particulam subiunctivam, sed adiectivum qualificativum: ita ut sensus sit, non quod evigilans Salomon intellexit, quod esset somnium; sed quod somnium esset: hoc est à Deo immisissum, sicut prophetis, dum illis Deus loquebatur per somnium. Hinc dicitur: *Siquis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebit ei, vel per somnium loquar ad illum.* Discrimen inter visionem & somnium, diximus, Tom. 3. T. 2. n. 19. & 6. T. 5. n. 27. Multifariam multisque modis locus est Dominus in prophetis, & visionibus quasi imaginibus, & locutionibus ecclasticis; quapropter dicitur: *Senes vestri somnia somniabunt, & iuvenes vestri visiones videbunt.* Locus est Dominus Salomoni, cui nocte apparuit per somnium, nulla imagine obiecta, sed locutione mitificà, sensibus externis ligatis, atque liberis potentis: unde evigilans intellexit in somno non fuisse visionem, sed somnium in sapientiz & intelligentiz lumen.

Rupert.

D. Thom.

Quomodo

3. Reg. 3

16. Quod præ

Qualit.

Numer. 12

Joel. 2. 28

Quomodo cognoscendâ somnium an naturale, vel supernaturale, aut

in

incipit ab intelligentia, & ex eius in cognita vel cognoscenda vehementia, usu defuncta guntur exteriores sensus, ne aliquid rimari aut percipere valeant; ut liberior & expeditior sit mens in intelligentiam. Unde in somno naturali non invenitur iudicium; sed perfectissimum in somnio misso à Deo, intendente acie elevatae mentis in perceptionem & intelligentiam locutionis. Abulensem consule in *Genes.* 13. quæst. 356. & 400. Ita ut Deus ostenderet Abram quid futurum de semine suo, & posset percipere locutionem; *sopor irruit super Abram.* *Genes.* 15. 13. Non secus immitit Dominus soporem ecstasticum in Adam, & obdormivit. Quo sensu potest exponi illud David: *Ego dormivi, & saporatus sum.* Q. d. Somnia prophetica habui, sed cum sopore; ne possent externa impedire elevationem animæ, expeditioris in perceptionem supernaturalium arcanorum, suspensione exteriorum corporis sensuum. Hæc est differentia inter dormitionem somni; atque somnum dormitionis. Dormitio somni, est quies corporis, uti videbimus. Somnus dormitionis est somnium in somno, quo Deus alloquitur animam, cuius vigil intuitus, ducens illum sine usu sensuum in solitudinem, ut loquatur ad eor eius, revelatis quæ illi placuerint. Quæ de causa dicit per Ieremiam, 23. 28. *Propheta qui habet somnium narret somnium;* qui non habuerit, haud fingat, dicens: *Somnia vi, somnietur;* v. 25. igitur tunc vel à dæmone in deceptionem, vel à vigili somniantem in vanitatem: & somnia illa mera somnia, ficta, fallacia, commentitia, voluntatis spectra dicis gratia, ut egressa è porta eburna, non cornu. Taxat ibid. Dominus, & cap. 29. 8. *Ne attendatis ad somnia vestra quæ vos somnietis:* etenim si à Deo, non essent vestra.

Psal. 3. 6.

Diferimen inter dormitionem somni, atque somnium dormitionis.

Quatuor genera somnium.

28 In planiorem intelligentiam aliqua, non omnia quæ de somnijs dicta, exponenda sunt, cum remissione ad AA. qui ex professo agunt; ut præmissis cunctis somni acceptionibus, reliquæ tautologiz delictentur. In sacris, præter somnia ex inanitate, vel plenitudine ventris, quatuor genera somniorum signat N. Gregorius & in *Iob.* lib. 8. cap. 13. & lib. 4. *Dialogor.* à cap. 48. Aliquando ab illusionem, ut de spiritu fallace dicitur *3. Reg.* 22. 21. quare *Multos errare fecerunt somnia.* *Eclis.* 34. 7. Aliquando oriuntur ex cogitatione & illusionem, uti cum fatanas transfiguratur se in Angelum lucis: quæ de causa, *Eclis.* 5. 2. *Multas curas sequuntur somnia:* & ubi multa somnia, plurima sunt vanitates: v. 6. Interdum cogitatione simul & revelatione: *Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph.* *Matth.* 1. 20. Aliquando ex revelatione sola, uti in somno Iacobi, Iosephi & Prophetarum. De his latè Pererius de *Somn.* in *Daniel.* 1. per disput. 7. Alapid. in *Genes.* 40. v. 8. Pined. ubi supr. Delr. *Disquisitiones magice.* lib. 4. cap. 3. quæst. 6. Maiol. *Tom.* 2. *Colloq.* 4. Cæli. *Rhodigin.* lib. 27. cap. 15. Dempster. in *Rosin.* lib. 2. cap. 2. Reyes-Franc. in *Camp. Elys.* quæst. 37. & Bulenger. lib. 2. *Advers. Magos.* cap. 16. Inter profanos magna seges, sed non bona.

Quid Somnium, & In-somnium

29 Macrobius 1. de *Somno Scipion.* cap. 3. quem sequitur Sarisberiens. de *Nugis Curial.* lib. 2. cap. 17. dividit imagines oblatas in somno in Somnium, Insomnium, Oraculum, Visionem & Phantasma. Somnium dicit quod figuris tegitur, & interpretatione indiget, ut intelligatur. Sicine frequenter erant, quæ in Oraculis à dæmone missa; & ut magis ambagibus irretirent cultores, expositione perplexa. Diximus, *Tom.* 5. T. 7. à n. 27. & 6. T. 5. n. 4. 10. D. 5. n. 10. Insomnium dicitur, dum in somno imaginatio objicit, quicquid vigilans agit, mentemque neque in quiete quiescere sinunt, si ve sint ingrata, si ve odiosa tam ex corpore, quam ex animo, quæ quidem cum somno advolant, atque vigilia evanescent. *Perierunt velus somnium surgentium.* *Psal.* 72. 20. *Chald.* *Velut insomnium hominis evigilantis.* Similiter *Psal.* 75. 6. *Dormierunt somnium suum,* & nihil invenerunt viri divitiarum in manibus suis. *Nebri.* *Erraverunt in insomnio.* Falsa ad homines immittuntur insomnia Manes, *Petron.* *Satyria.* *Carm.* 23.

Petro

*Noctæ soporifera veluti cum somnia ludunt
Errantes oculos, effusaque protulit aurum
In lucem tellus, versat manus improba factum,
Thesaurusque rapuit, sudor quoque perluit ora,
Et mentem timor altus habet, ne forte gravatum
Excussat gremium secreti conscientis auri.
Mox ubi fugerunt elusam gaudia mentem,
Veraque forma redit, animus quod perdidit, optat;
Atque in præterita se totus imagine versat.*

Idem

Idem Æschyl. in *Prometh.* vers. 440. Homer. 14. *Odyss.* vers. 505. In somno alitit in-somnium.

30 Oraculum dicitur, haud sicut in sacris, dum in somnis auditur Numen; sed dum in somnis (subdit Macrobius) Parens, vel alia sancta gravisque persona, seu sacerdos vel etiam Deus, aperit venturum quid, aut non eventurum, faciendum vel vitandam denunciat. Sic enim dæmon ludificabat cultores, ut sub imagine Æsculapij Romanos (de quo Ovidius, 15. *Metam.* tab. 50. & Valer. Max. lib. 1. cap. 1.) Ita huiusmodi insomnia observabantur uti oracula, ut refert Homer. 2. *Iliad.* à v. 55. Quinor. *Smyrneus lib.* 12. à v. 130. inquit: *Minerva naves petijt, renellam virginem corporis habitu referens, & bellicoso Epæo supra caput alitit per quicem, illique mandavit ligneam fabricare equum. Ille animo gavisus, statim intellexit Deæ vocem, & repente somno excussabatur.* De huiusmodi somnijs graviora pagina Tit. Livij, Videlicet *Bisciol. d. Tom.* 1. lib. 19. cap. 20. *Terrull. Apolog.* cap. 22. & de *Animæ*, à cap. 46. Tantum huiusmodi somnia pretiosa apud Æthiocos: iuccinit Thom. *Maus in Supplem. Læan.* lib. 1. à v. 165.

Quid Oraculum?

Q Calabeg

*Sacratos intrant templi sola illa recessus
Somnia qua Deus ipse creat: nam cetera cuncta
Quæ vel temperies varias, variosque sequuntur
Corporis humores, vel qua reperita diet
Aut studia aut cura siverunt somnia, templo
Exterior volat, multas imitantia formas, &c.
— Cedunt hæc omnia curæ
Divinis, que dat Numen, longæque remota
Non audent templi sacros intrare recessus.*

Maius

31 *Visto* seu *Visum* non accipitur ut in sacris pro speciebus in somnio visis, ut sæpe in Scriptura legitur *Visto* *Isaia*, 1. 1. *Videte visionem*, 6. 9. & *Ezechiel.* 1. 1. idelt, imaginem, de quo egimus Tomis prioribus: sed pro eventu visionis, ut accidit Petro, cui post visionem occurrit quod viderat. *Act.* 10. à 17. Unde Macrobius d. inquit: *Visto est, quum id quis videt, quod eodem modo quo apparuerat, evenit.* Illustre testimonium habetur in somno Ciceronis, de quo Tranquil. in *August.* cap. 94. *M. Cicero* (inquit) *C. Casarem in Capitolium profectus, somnium pristina noctis familiaribus fortè narrabat: puerum facie liberali, demissum celo catena aurea ad fores Capitolij constitisse, eique lovem flagrum tradidisse.* Deinde repente *Augusto* viso, quem ignotum adhuc plerisque avunculus *Casar* ad sacrificium acciverat; affirmavit ipsum esse cuius imago secundum quietem sibi obversata sit. Idem refert erga eandem de *Q. Catalo.* Meminit *Iuvenal.* *Saty.* 10. v. 110.

Macrobi

Sueton

Quid Visto aut Visum?

— Et illum

*Ad sua qui dormitos deduxit flagra Quirites,
Ut amicum peregrè commorantem, quem non cogitabat, visus est sibi reversum videre, & procedenti ovius, quem viderat, venit in amplexus.* Specimen huiusmodi visi aut visionis habemus in somnio Iude Machabæi somniantis à *Ieremia* accipere gladium aureum, quo posttridit detruncauit Nicanorem, 2. *Machab.* 15. à 11.

Iuvenal

Macrobi

32 *Phantasma* denique non accipitur pro spectro oculis obiecto vigilantibus quo sensu discipuli videntes Iesum ambulante super mare dixerunt: *Phantasma est.* *Matth.* 14. 26. Nec pro præligijs, quæ hominibus videntur videre, quæ non vident, visis illudentibus; ut perficiant circulatorum excitemente admirationis, molimine inanicatis quia totum embolium, ac dolus luminum. Quæ de causa, quia in huiusmodi arte exeluit *Bartholomæus Bagatella* (de quo dicit *Cæli. Calcagnin.* refertque *Gyrald.* *Dialog.* 24. in 2. *Tom. Criticor.*

*Qui nostris oculis adeo miracula fixit,
Ut se negarent cernere quod cernerent.)*

Cæli Calcago.

Omne quod inane & futile à voce Italæ, Nostrates dicunt *Bagatella*, Nectit *Virgilius* utrumque 10. *Æneid.* v. 636.

Quid sit Bagatella?

*— Tenem sine viribus umbram
Divini assimilat capitis, dat inania verba
Dat sine mente sonos, gressusque effugit cunctis,
Morte obita quales fama est volitare figuras,*

Virgili